



Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1838

IV. Bischof Konrad ermuntert, das Hospital des heil. Georg zu Wittstock mit Almosen zu unterstützen und bewilligt den Wohlthätern desselben einen Ablaß, im J. 1428.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54294](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54294)

II. Der Rathmannen zu Wittstock Schuldbrief für das Gotteshaus Unserer l. Frauen und St. Martini v. J. 1376.

Wi Ratman tu Wistock, olt vnd nye, bekennen etc., dat wi von rechter seult seuldich sin, deme godes huze tu wistock, vnser leuen vrowen vnd sunte merten, vertich mark brandenborgsch siluers, — onen berndes teghels XL mark lubescher penninge, de vns de godes lude hebben an redeme gude dan. Vnd van dessen vorsproken XL mark lubesche seole wi desme vorsproken godes huse alle jar vppe paschen gheuen II lubesche mark sunder weddersprake vnd hulperede, —. na godes hort dufent jar dreihundert jar in deme LXXVI jare in suntte pawels daghe.

Nach dem Original, woran das Siegel fehlt.

III. Bischof Otto von Havelberg verkauft und verleiht zwei im Wittstocker Felde belegene Hufen Landes dem Altare der Heiligen Maria in der Pfarrkirche zu Wittstock, im J. 1415.

Nos Otto dei gratia episcopus ecclesie havelbergensis Notum facimus vniuersis, Quod discreto viro domino Jacobo Seroder presbytero, perpetuo vicario altaris beate marie virginis in ecclesia parochiali opidi wistock nostre dioecesis, pro se et suis successoribus, vicariis altaris eiusdem, de maturo consilio saniorum nostrorum, duos mansos in campo dicti opidi wistock sitos, ad nos obitu Helmici wantmakers libere deuolutos, quos nunc Jacob Berner, opidanus noster, suis tenet sub culturis, pro duodecim sexagenis Bohemicorum Grossorum in promptis nobis exsolutorum et in vtilitatem nostram et ecclesie nostre conuerforum, cum singulis suis pertinentiis pleno jure et dominio vendidimus et nichilominus vendimus per presentes dantes et concedentes eidem vicario et suis successoribus plenam proprietatem ad habendum, tenendum etc. — Salua tamen reemptione pro nobis et successoribus nostris Ita ut etc. — Obligamus etiam nos & successores nostros predicto vicario et successoribus suis predictorum bonorum esse varandatores contra quoscumque inpetitores in iudicio vel extra debite requisiti. Acta sunt hec in castro nostro wistock presentibus validis Meynhardo Crusemarke, Johanne et petro dalchow, Tiderico Quitzow, Nicolao hanen et Arnolde suek, famulis. Anno domini Millesimo Quadringentesimo decimo quinto, feria sexta post diuisionem apostolorum. Nostro sub Secreto presentibus sub appenso.

Nach einem alten Copialbuch der von der Hagenschen Bibliothek in Hohennauen.

IV. Bischof Konrad ermuntert, das Hospital des heil. Georg zu Wittstock mit Almosen zu unterstützen und bewilligt den Wohlthätern desselben einen Ablass, im J. 1428.

Conradus dei gratia episcopus havelbergensis etc. — Cum elemosynarum largitio etc. — Hinc est, quod pauperes hospitalis beati georrii, extra muros opidi wistock nostre diocesis, valde eo, quod non habent, vnde viuant, fidelium egent auxiliis, Quare vniuersitatem uestram monemus et in domino caritatiue exhortamur et rogamus, quatinus cooperatores sitis pauperibus eisque grata subsidia et pias elemosinas conferentes vt quod per manus vestras contuleritis his in terris, vobis per manus pauperum thesaurizetur in celis. Nos igitur de omnipotentis dei misericordia et beatorum petri et pauli apo-

stolorum ejus meritis confisi, omnibus vere penitentibus confessis et contritis, qui dictum hospitale singulis annis in festo beati georii martiris visitauerint et ibidem sermonem a presbitero deuote audierint, Eis vero qui pauperibus in dicto hospitali degentibus de suis facultatibus subuenerint, elemosinas suas dederint seu bona donari uel legari procurauerint uel quouis alio modo manus suas porrexerint adiutrices, Et quotienscumque incole seu pauperes in dicto hospitali degentes ante introitum lecti flexis genibus septem aue maria in honore gloriosissime virginis marie vno tamen contextu cum deuotione orauerint, Et quocumque die prouisores dicti hospitalis prelibatum hospitale consolatione et uilitate ipsorum pauperum inibi degentium uisitauerint, quantumcunque et quotienscumque quis uel qui premissa seu alique premifforum fecerit uel fecerint, quadraginta dies de inunctis eis penitentiis in domino misericorditer relaxamus. Datum wyftok anno domini Milefimo Quadringentesimo uigefimo octauo, Sexta die Mensis Julii, nostro autentico sub sigillo presentibus appenso.

Nach dem Original, woran das große bischöfliche Inseigel hängt.

V. Bischof Konrad genehmigt die Errichtung eines Altars in der heiligen Geist, Kirche, im J. 1435.

Conradus, dei et apostolice sedis gratia ecclesie hauerbergenfis episcopus etc. — — cupimus fore notum, Quod discretus uir heyne Becker, opidanns opidi nostri wistok, vna cum dilectis nostris presbiteris Petro de Gotha et Thimotheo Schulten, ad ampliandum diuini officii cultum, quoddam altare in honore omnipotentis dei, uerifici corporis sanguinis ihesu cristi, sancte crucis, Beate Marie uirginis, Sancti Andree apostoli et sanctorum omnium, intra Cappellam sancti spiritus, infra muros prefati opidi sitam, de nostro et honorabilis Religiosi uiri domini Bartoldi Iuderitzen, prepositi et plebani parochialis ecclesie opidi preacti wistok, uoluntate et consensu, construxit, — ipsumque tricentorum florenorum rinentium redditibus, emptis in opido putlest nostre diocesis, pro tricentibus florenis — ad reemptionem, prout hec in litteris emptionum desuper confectis plenius continentur, dotauit. Et si hujusmodi reemptio in posterum fieri quomodolibet contigerit, extunc per rectorem dicti altaris, qui pro tempore fuerit, hujusmodi principalis summa scilicet tricentorum florenorum auri ad comparandum redditus pro predicto altari in perpetuum inuolabiliter remanebunt. Jus uero patronatus seu presentandi ydoneam personam ad prefatum altare, quotiens ipsum vacare contigerit, sibi predictus heyne quoad uixerit, eo defuncto deo uolente heredibus ipsius tali obseruatione seruata, qui de ipsius heredibus tres proximiores et seniores, quibus omnibus de medio sublatis, consulibus predicti opidi wistok, qui pro tempore fuerint, in perpetuum, de nostro et honorabilis uiri prepositi et plebani memorati permissione et consensu, expresse tenuit et assignando reseruauit, tali modo, quod nullus presentari debeat ad dictum altare, nisi actu fuerit presbiter uel infra duos annos a tempore presentationis ad sacerdotium ualeat promoueri et effectualiter promoueatur, Nisi fuerit de heredibus predicti heynonis, et cum ei per nos aut nostros successores de minorennitate fuerit misericorditer dispensatum. Nos igitur premissa — — ratificamus per presentes, Statuentes, quod altaris dicti altaris suam missam semper post primam in parochiali ecclesia & ante summam et non alias debeat celebrare. Volumus etiam, ut dicti altaris altaris domino preposito & plebano, qui pro tempore fuerit, obsequialis existat secundum laudabilem consuetudinem. Datum wistok